



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

65. Luscinia: Ex Gesnero in Luscinia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Item ex Tertuliano.

Tertull. l. de pallio. Cata-  
cista vestes  
depresso.  
pendentes.  
Luscinia pa-  
lagiata an-  
tyriana.

Quamquam & Pauo pluma vestis, & quidem  
de cataclitidis, imò omni conchylio depres-  
sor, qua colla florent, & omni patagio aurati-  
or, qua terga fulgent, & omni firmate solutior,  
qua cauda iacent, multicolor, & discolor, &  
versicolor, nunquam ipsa, semper alia, etsi sem-  
per ipsa, quando alia, toties denique mutanda,  
quoties mouenda.

LUSCINIA.

Descriptio. LXX.

Lusciniam, auditores, vnam ex anibus ma-  
ximè solent ij, qui naturas animalium scri-  
bunt, admirari, quod in tam paruo corpufculo  
tam clara, tam suavis, tam magna, tam iucunda  
vox inueniatur: quod verno tempore, cum  
frondescere arbores incipiunt, diebus, ac no-  
ctibus perpetuis sine vlla intermissione canere  
soleat, vnde enim in auicula tam pertinax spi-  
ritus? vnde vis illa continendæ animæ, in ca-  
nendo tanta, & vna continuatione cantionis  
vix contentiones vocis, & remissiones con-  
tineantur? vnde tam artificiosa, tamque perfe-  
cta musicæ scientia, tam ingeniosa modulatio,  
tam gratus auribus sonus, qui modò in lon-  
gum continuo spiritu trahatur, modò summa  
quadam cum varietate fluctatur, nunc conc. fa.

voce distinguatur, nunc interta copuletur?  
Quid cum iterum vocem reuocat, ex integra  
comprehensione cantum edit? quid cum mo-  
dulos, nec inopinato, de repenteque commu-  
tat? quid cum ipsa secum iucunda, & tacita  
murmurat? nulla meherculè tam abstrusa, tam  
difficilis est cantio, quam non exprimat luscini-  
a, plenam, grauem, acutam, crebram, exten-  
tam summam, mediam, imam. Quid plura?  
Iam paruulis in faucibus omnia, quæ tanto la-  
bore, tanta industria, tanto studio, tot inuentis  
instrumentis genera cantionum ars hominum,  
excogitauit, integra, atque perfecta reperiu-  
tur.

Vide Gesnerum in Luscinia.

Adde qua habet Plinius lib. 10. c. 39.

Primum tanta vox, tam paruo corpufculo, tam  
pertinax spiritus. Deinde in vna perfecta Mu-  
sicæ scientia modulatus editur sonus: & nunc  
continuo spiritu trahitur in longum, nunc va-  
riatur inflexo, nunc distinguitur conciso, co-  
puletur intorto, promittitur reuocato, infus-  
catur inopinato: interdum & secum ipse mur-  
murat: plenus, grauis, acutus, creber, extensus,  
vbi visum est, vibrans, summus, medius, imus.

Breuiterque omnia tam paruulis in fauci-  
bus, quæ tot exquisitis tibiaram  
tormentis ars hominum

excogita-  
uit.

COLUMBÆ COLLVM.

Ex Philone, de remulencia.

Descriptio. LXXI.

Τὸ ἀγέλα τῶν περισσεῶν ἐν ἡλιακῆς ἀν-  
γαῖς οὐκ ἐπιτόσσαι, κίτρινα, χρωμάτων ἀλ-  
λά τὸν ἴδιον, ἢ οὐχὶ φοινικῆς, καὶ κίτρινον, καὶ  
κόκκινον τε, καὶ ἀνθρακωδῆς, ἐπὶ τῷ χροῶν, καὶ ἐρυ-  
θρὸν, καὶ ἄλλα παρὰ τὰ ἀπὸ ἐχέχρωμα ἴα, ἢ μὴ  
οὐτὶ τὰς κλίσεις ῥάδιον ἀπομνημονεύσας,

VIdisti aliquando eolumba cervicem radijs  
foliis expositam, quam multis modis colo-  
res variet, puniceum, cæruleum, igneum, &  
carbunculi speciem referentem, pallidum item,  
& rubicundum, & alios omnigenos, quorum  
nec vocabula quidem memorare sit facile?

HIRVNT.